

quo Ephoro, quo diuinitus dato Adiutore, his exultatum est gaudiis, indidem in praesenti libet repetere, & noua bac commemorabilis Actus Gymnastici, nec non operaे Schvvig- genianae laudatisimae recensione, inseruire quoq; poste- ris. Idcirco nunc, inquit Schvviggenius, de Gymnasio gra- tiosissime condito & conseruato praeformato, visum, & a Re- verend. Serenk. Nutritorum b.c. Directorio mandatum fuit, Festiuitatem Secularem seu Gymnasii Iubilaeum cele- brare. Quem in finem, pro sententia & voluntate praelau- dati Directorii Illustrissimi, hodie (d. 7. Oct.) habita in Tem- plo oppidano fuit bomilia ad populum praeparatoria, & ad festum hoc seculare accommodata, cras vero solennitatis scholasticæ initium a precibus, hora VI. matutina in eo- dem Templo peragendis, fiet, ex quo postea solenni Comitau ac laeto cantu ad Gymnasii ibitur Collegium, ex cuius A- rea simili modo per domicilium Rectoratus ad Phroniſte- rium, & inde per domicilium Conrectoratus ad Conuicto- rium, ex hoc iterum ad singulas Gymnasii Classes perge- tur, inq; Area, Phrontisterio, Conuictorio & singulis Classibus, cantando & precando aliquantulum subsisterur, postmodum in Auditorio Gymnasii Primario Panegyricos eo die, qui VIII. Octobr. est, habebunt Viri Clarissimi, Prae-Eximii, Doctissimi, Collegae Gymnasii meritissimi, fidelissimi, & quidem horis adhuc matutinis, de Gymnasi Fundatore Dn. Io. Ernest. Schadius, Meinung. Rector, De Conseruatoribus Dn. M. Ioh. Sauerbrey/ Hiltperbusanus, ConR., De Fundatione Dn. Phil. Grossgebauer/ Gothan., Coll. Tert., De Conservatione Dn. M. Car. Christian. Win- ter/ Sublan. Coll. IV. & Alumn. Commun. Inspector, Horis pomerid. vero de Gymnasii Struetura Dn. Frider. Abrab. Sauerbrey/ Themarensis, Coll. V. & Cant. De Eius Le- gionibus Dn. M. Iac. Marchart/ Schleus. Coll. VI. De Le- gibus